



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XIV. Markgraf Otto bestätigt der Stadt Teltow ältere Privilegien, am 6. Januar 1367.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

malis hijs oppidanis incontatis ex hijs fecutis. Quamquam igitur afflictis non fit addenda afflictio, sed ipsis potius miserendum, Volentes hos incontatos oppidanos, damus vobis omnibus et singulis sub debito obediencie in mandatis, quatenus in antea nullus vestrum coniunctim uel diuisim iudicialiter quidquam contra eosdem oppidanos attemptet quoquomodo, nobis namque et nostro officiali principali iurisdictionem super eos in presentibus referuamus. Volumus enim hanc paginam a prepositis et officialibus inuolabiliter obseruari. Reuocamus eciam per presentes omnes commiffiones, si que contra eosdem facte sunt oppidanos. Inhibentes ne de cetero ab aliquo vestrum concedantur, cum principale non valet ac contrarium eciam firmitate carebit. Datum anno domini M^o CCC^o LX^o tercio, decima septima die mensis Nouembris.

Aus dem Transsumte des Bischofes Stephan von Brandenburg vom J. 1422.

XIV. Markgraf Otto bestätigt der Stadt Teltow ältere Privilegien,
am 6. Januar 1367.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio etc. Recognoscimus, nos litteras et privilegia illustrium principum Johannis et Woldemari quondam Marchionum Brandenburgensium vnus tenoris vidisse et audiuisse sigillis eorum sigillata in hec verba (folgt die Urkunde Johannis vom 24. Januar 1317 No. IX) quas quidem litteras et privilegia ex certa scientia ratificamus, approbamus et tenore presentium confirmamus. — In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro fecimus communiri presentibus nobilibus Henrico de Swarzeborch Domino in Arnstete, Henrico domino in Kothbutz ac strenuis Johanne de Rochow, Hermanno de Volkow, militibus, ac Kuntzkone de Slywen nostre curie Magistro ac pluribus aliis. Datum Berlin, Anno domini M^o CCC^o LXVII^o, feria secunda infra octauas epiphaniæ.

Aus vidimierter Copie des Geh. Staats-Archives.

XV. Markgraf Otto vereignet vier Hufen Landes im Teltower Stadtfelde dem Altar
des heil. Kreuzes in der Nicolaskirche zu Berlin, am 28. Juli 1367.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Sacri Rom. imperii Archicamerarius, Comes Palatinus, Rheni et Bauarie Dux, ob honorem et reuerentiam Dei omnipotentis gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium Sanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam et etiam ad instantem requisitionem discreti viri Wilkini Rote, fidelis nostri dilecti, cuius in Berlyn, appropriauimus, et presentibus appropriamus quatuor mansos, sitos in opido et in districtu opidi Teltowe, quorum mansorum Hennyngus Segenest duos colit, soluentes annuatim decem et octo modios filiginis et totidem auene et quatuor solidos denar. Brandenburgensium, Ger-